54266. — *Priorissæ et conv. monast. sororum B. M. Magdalenæ de s. Cypriano Tolosano, per priorissam soliti gub., ord. Cisterciensis*, facultas habendi cimiterium proprium non obstantibus conditionibus ipsis impositis a Beraudo de Monte Arnaudo, vicario archiep.i Tolosani, scilicet quod totus conventus in festo beati Nicolai iret cum uno tortitio unius libræ ceræ ad parochialem eccl. s. Nicolai Tolosani et quod sacerdotes ejusdem eccl. ingrederentur secretas domos ad audiendas suas confessiones et ministrandum ipsis Eucharistiæ sacramentum, licet conventus habuisset proprium sacerdotem. (*A*. 38, f. 64*a*; *V*. 99, ep. 1332.)

Ut s. T. XXIV

54267. — *N. v. Joanni de Sechellis, mil. Ambianen. di.*, item ac supra, n. 54245. (*A*. 38, f. 91*a*; *V*. 99, ep. 1402.)

Ut s. T. XXIV

54268. — Eadem gratia *Joanni Eutamenni, armigero Belvacen. di.* (*A*. 38, f. 91*a*; *V*. 99, ep. 1403.)

Ut s. T. XXIV

54269. — Eadem gratia *Joanni de Nelle, armigero Belvacen. di.* (*A*. 38, f. 91*a*; *V*. 99, ep. 1404.)

Ut s. T. XXIV

54270. — Eadem gratia *n. v. Petro de Sechellis, mil. Belvacen. di.* (*A*. 38, f. 91*a*; *V*. 99, ep. 1405.)

Ut s. T. XXIV.

54271. — Eadem gratia *Druelo de Halencourt, armigero Ambianen. di.* (*A*. 38, f. 91*a*; *V*. 99, ep. 1406.)

Ut s. T. XI, XIII.

54272. — *Guidoni de Nobiliaco* prov. canon. eccl. Ruppibonicurti, Petragoricen. di., in qua certus can. numerus et præb. distinctio non habentur.— In e. m. archidiacono de Belvacinio eccl. Belvacensis, et Guillelmo de Roffignaco, can., et officiali Lemovicensi. (*A*. 38, f. 95*a*; *V*. 99, ep. 1432.)

Ut s. T. L.

54273. — *Ep.o Perusino.* Cum Bonannus, abbas monast. ss. Fidentii et Terrentii, O. S. B., Tudertin. di., et Nicolaus Nucii, prior prioratus s. Fortunati de Canali, monasterio s. Viti immediate subjecti ac per ipsius monast. s. Viti mon. soliti gubernari, cupiant abbatiam et prioratum prædicta libere resignare, committitur ipsi ut resignationes recipiat et dictum monast. de persona Nicolai providere procuret et prioratum Bonanno conferat. (*A*. 38, f. 141*b*; *V*. 99, ep. 1478.)

Ut s. T. XII.

54274. — *Bertrando, ep.o Ostien., A. S. legato*, mandatur ut custodiæ et regimini castri Argentæ, Ravennaten. di., deputet personam E. R. fidelem et quæ nihil faciat per quod status n. v. Raynaldi Obizonis et Nicolai, fratrum, marchionum Esten., in civitate Ferrarien. usque ad tempus præfixum in concessione civitatis ejusdem eis facta turbari valeat. (*A*. 38, f. 177*b*; *V*. 99, ep. 1665.)

Ut s. T. XL.

54275. — *Eidem.* Nn. vv. Rainaldus et Obizo ac Nicolaus fratres marchiones Estenses significarunt quod, cum olim per quosdam, qui Mutinen. civitatis regimini præsidebant, cum auxilio Ludovici de Bavaria suorumque gentium maxima gesta faceret contra gentes Ecclesiæ in illis partibus consistentes super territorio et districtu civitatis Bononien., quique in quodam castro juris R. E., Mutinensis districtus, quod Finale vulgariter nuncupatur, contiguo ipsi districtui Bononiensi, se receptabant, præfatis marchionibus, tanquam fidelibus Ecclesiæ, mandavit ut participarent ad expugnationem et captionem ipsius castri, quod castrum, postquam extitit acquisitum, eisdem marchionibus usque ad decennium et beneplacitum PP. concessit; mandatur ut dictum castrum usque ad decennium vel usque ad ejusdem S. A. beneplacitum vel simpliciter nomine R. E. eisdem Rainaldo, Obizoni et Nicolao marchionibus eorumque hæredibus ex eis per masculinam lineam legitime descendentibus concedat in feudum. (*A*. 38, f. 204*a*; *V*. 99, ep. 1666.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½

54276. — *Guarnerius de Mannico* fit plebanus eccl. S. M. de Ruero, Paduanæ di., vac. per obitum Petri s. Angeli diac. card.— In e. m. abbati monast. s. Bonæ de Vidoro, Ceneten. di., et decano, ac Benedicto de Petrodrogo, can. eccl. Tarvisin. (*A*. 38, f. 245*a*; *V*. 99, ep. 1751.)

Datum *Avenione*

15 (id.) *jul. 1331.* T. XXIV.

54277. — Porrigentibus manus adjutrices capellæ B. M., O. F. M., Cassellen., 100 dierum in festis quatuor B. M. V. et 40 infra octavas indulgentia conc. (*A.* 39, f. 648*a*; *V.* 100, ep. 486.)

Ut s. T. XXIV.

54278. — Item pro ecclesia B. M., O. F. M., in Botonia, Clonen. di. (*A.* 39, f. 648*a*; *V.* 100, ep. 487; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 502, n. 917.)

Ut s. Gr. pro Deo.

54279. — *Priorissæ et conventui monast. sororum Deauratæ Tolosanæ, per priorissam soliti gub., Cluniacen. ord.*, facultas fruendi privilegiis concessis dicto ordini, non obst. quod monast. ipsarum casualiter intituletur O. S. B. (*A.* 39, f. 676*b*; *V.* 100, ep. 580.)

Ut s. T. XVI.

54280. — *Cancellario eccl. Parisiensis* mand. ut concedat magisterium Guillelmo de Brena, O. F. M., in sacra pagina. (*A.* 39, f. 670*a*; *V.* 100, ep. 565; Eubel, *op. cit.*, t. V, p. 502, n. 918.)

Ut s. T. XVI.

54281. — *Joanni, ep.o Ambianensi,* facultas reconciliandi per alium cimiteria et loca ecclesiast. violata suæ di. (*A.* 39, f. 672*b*; *V.* 100, ep. 573.)

Ut s. T. XL.

54282. — *Petro, ep.o Prænestino,* mand. ut cum Henrico de Darbato, fratre hospitalis B. M. Theutonicorum Jerosolimitan., dispenset ad cautelam ad obtinenda omnes ordines et benef. ecclesiast.; non obst. quod vulneraverit cum sagitta quemdam infidelem. (*A.* 39, f. 724*b*; *V.* 100, ep. 682.)

16 jul. 1331. (xvii kal. aug.) T. XX.

54283. — *Monasterii Crassensis, Carcassonensis di., et sæcularis s. Pauli abbatibus, ac Gesselino de Cassanhis, can. Narbonensi,* mand. ut faciant recipi Bertrandum de Cassiocastello, mon. monasterii s. Remigii Senonensis, O. S. B., in monasterio s. Hilarii, O. S. B., Carcassonensis. (*A.* 38, f. 116*b*; *V.* 99, ep. 1470.)

Ut s. T. XI, XIII.

54284. — *Petro de Arcassal, in utroque jure provecto,* prov. canon. eccl. S. M. Majoris Calatambii, Tirasonensis di., sub exp. præb., dign. seu off. c. c. vel s. c., dummodo dignitas principalis non existat; non obst. canon. et præbenda in Segobricensi et in parochiali eccl. s. Petri de Agerbio, Oscen. di., perp. portione. — In e. m. Turolen., et Darocensi in eccl. Cæsaraugustana archidiaconis, ac ep.o Segobricensi. (*A.* 38, f. 50*b*; *V.* 99, ep. 1302.)

17 jul. 1331. (xvi kal. aug.) T. XI ½, XIII ½.

54285. — *Velasco Eximiri, in jure canonico erudito,* consid. Guillelmi ep.i Sabinensis, gratia exp. dign. vel personatus c. c. vel s. c. in ecclesia Toletana cujus est canonicus præbendarius; non obst. in Abulensi eccl. canon., præb., præstimoniis et portionibus præstimonialibus; dimittat vero decanatum eccl. Abulensis. — In e. m. ep.o Abulensi, et decano Legionen., ac archidiacono Abulensis eccl. (*A.* 38, f. 72*a*; *V.* 99, ep. 1355.)

Ut s. Gr. pro card.

54286. — *Cuman. et Aquilensis episcopi, ac abbas monast. ss. Sergii et Bachi prope Andegavos* dantur ut judices conservatores Mathæo ss. Joannis et Pauli presb. cardinali. (*A.* 39, f. 607*a*; *V.* 100, ep. 381.)

Ut s. T. XVIII.

54287. — Denuntiatur excommunicari fures qui nocturno tempore fregerunt januam majoris eccl. Cavallicensis et asportaverunt vas parvum in quo erant duo dentes Petri principis apostolorum et caput beati Verani ac aliæ res pretiosæ. (*A.* 38, f. 722*a*; *V.* 100, ep. 763.)

18 jul. 1331. (xv kal. aug.) T. XI, XIII.

54288. — *Guillelmo Arnoldi Salochi, can. eccl. Appamiarum O. S. A.*, gratia exp. benef. ecclesiastici c. c. vel s. c., etiamsi prioratus vel personatus existat, consueti canonicis eccl. Appamiarum, O. S. A., assignari, ad collat. ep.i et capit. ejusdem eccl. pertinentis. — In e. m. Fuxen. et Mansiasilis monasteriorum abbatibus, ac præp. eccl. de Revato, Appamiarum et Riven. di.(*A.* 38, f. 94*b*; *V.* 99, ep. 1421.)

Ut s. T. XX.

54289. — *Eberardo, nato n. v. Ludovici senioris comitis de Otingen., capellano Papæ.* Olim ipse in minori ætate ac in minoribus ordinibus constitutus existens et in Maguntin., Herbipolen. et Augusten. ecclesiis canon. et præb. obtinens, præposituram Onolspacen. cum archidiaconatu curato eidem annexo et deinde aliam præposituram sine cura Fuchtwange ecclesiarum ac parochialem ecclesiam in Mittelbach, Herbipolen., Augusten. et Patavien. di., fuit canonice assecutus, illasque una cum canonicatibus et præbendis prædictis insimul retinuit per tres annos vel circa et adhuc retinet ad sacros ordines non promotus, fructus percipiens ex eisdem dispensatione non obtenta; quare habilitatur, cum obligatione dimittendi præposituram Onolspacen. et parochialem ecclesiam antedictas. (*A.* 38, f. 314*b*; *V.* 99, ep. 1907.)

Ut s. T. XIX ½.

54290. — *Præposito Novimonasterii Herbipolen., et Tullen. ac Onolspacensis, Herbipolensis di., scolasticis eccl.* mand. ut prædicto Eberardo conferant præfatam parochialem eccl. in Mittelbach, Patavien. di. (*A.* 38, f. 315*b*; *V.* 99, ep. 1908.)

Datum *Avenione*

18 jul. 1331. (xv kal. aug.) T. XIX ½.

54291. — *Eisdem* item quoad præposituram Onolspacensem cum archidiaconatu ipsi annexo. (*A.* 38, f. 316*a*; *V.* 99, ep. 1909.)

Ut s. T. X ½, XII ½

54292. — *Josepino, nato Petri de Panizolis*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. S. M. de Misina, Pergamensis di. — In e. m. abbati monasterii Vallisaltæ, Pergamensis di., et archidiacono Leodien., ac Alberto de Fara, can. Pergamen. eccl. (*A.* 39, f. 296*b*; *V.* 100, ep. 82.)

19 jul. 1331. (xiv kal. aug.) T. IIIxxii.

54293. — *Gilbertus*, prior prioratus s. Christophori de Monteclavario de Siblinis, professus O. S. B., Aquensis di., subdiaconus, fit abbas monast. s. Justinæ de Sezadio, eorumdem ord. et di., vacantis per obitum Nigri. — In e. m. conventui et universis vassallis dicti monasterii. (*A.* 38, f. 442*b*; *V.* 98, ep. 42.)

Ut s. T. XI, XIII.

54294. — *Philippo quond. Joannis Philippi de terra Arnulphorum, presb.*, prov. canon. sub exp. præb. in sæculari ecclesia s. Petri foris portam Spoletanam; non obst. plebanatu c. c. plebis de Stritura, Spoletanæ di. — In e. m. abbati monast. s. Gemini, Narnien. di., et Sicardo de Galhaco, Mimaten., ac Petro Simonis Jacobucii, Spoletanæ eccl. can. (*A.* 37, f. 496*a*; *V.* 98, ep. 924.)

Ut s. T. XI, XIII.

54295. — *Joanni de Argogiis, cler. Abrincensis di.*, gratia exp. benef. ecclesiastici sæculari clerico consueti assignari et c. c. (80) vel s. c. (50 l. t. p. s. t. d.) ad collationem abbatis et conv. monasterii Montis s. Michaelis in Periculo maris, O. S. B., Abrincen. di.; supplicantibus Joanne abbate et conv. ejusdem monasterii. — In e. m. decano Abrincen., et archid. Constantien., ac scolastico ejusdem Abrincensis eccl. (*A.* 38, f. 94*a*; *V.* 99, ep. 1431.)

Ut s. T. IIIxx.

54296. — *Thomas quondam Vincentii de Mediolano, presb., et monachus monast. s. Barnabæ de Gratisolio, ord. Vallisumbrosæ, Mediolanen. di.*, fit abbas ejusdem monasterii vac. per obitum Roberti. — In e. m. conv. ejusdem monasterii; abbati monast. Vallisumbrosæ, Fesulanensis di. (*A.* 38, f. 139*b*; *V.* 99, ep. 1526.)

Ut s. T. XI, XIII.

54297. — *Angelo nato Rodulfi Maynardi de Fulgineo* conf. prioratus eccl. s. Salvatoris Fulginatensis sæcularis et collegiatæ ac c. c., vacans causa laicationis Goncii de Fulgineo non obst. ecclesia s. Laurentii de Aqui, Fulginaten. di., et defectu ætatis (21 a.). — In e.m. priori s. Feliciani de Bictino, et plebano S. M. de Fageto Fulginaten. di., ac Bartholo de Tremo, can. eccl. Fulginaten. (*A.* 38, f. 389*a*; *V.* 100, ep. 34.)

20 jul. 1331. (xiii kal. aug.) T. XI, XIII.

54298. — *Joannæ de Barro, comitissæ Garennæ, Cicestren. di.*, conc. indulgentia plenaria in articulo mortis, semel. (*A.* 37, f. 646*b*; *V.* 99, ep. 1286.)

Ut s. T. X, XII.

54299. — *Bernardo de Barreria, can. Bajocensi*, indulgetur ut n. v. Gastonis, comitis Fuxi, obsequiis insistendo aut residendo in aliquo beneficiorum suorum ecclesiasticorum fructus cum integritate usque ad triennium percipere valeat. — In e. m. Tarvien. et Lascurren. ep.is, ac abbati monast. Lucen., Oloren. di. (*A.* 38, f. 296*b*; *V.* 99, ep. 1867.)

21 jul. 1331. (xii kal. aug.) Gr. pro card.

54300. — *Anibaldus tit. s. Laurentii in Lucina presb. card.* subrogatur quondam Hugoni de Montejustino in jure quod habebat de thesauraria eccl. Metensis, vacante per obitum mag. Simonis de Marvilla, S. A. cap., et de qua apud Sedem ipsam litigabatur cum Theobaldo Ferrioli, can. prædictæ ecclesiæ. — In e. m. ep.o Tullensi et præp. Avinionensis, ac archid. de Campinia Leodien. eccl. (*A.* 38, f. 79*a*; *V.* 99, ep. 1372.)

Ut s. T. XXII

54301. — *Ep.o Parisiensi, et decano Rothomagen., ac Guillelmo de Pusterla, can. Mediolanensis eccl., S. A. cap.*, mand. ut commendent parochialem eccl. de Clipponvilla, Rothomagen. di., vac. per obitum Wolfranni, ep.i Bethleemitani, Benedicto ep.o Cardicensi, qui nihil percipit e redditibus episcopatus sui ab infidelibus et rebellibus occupati. (*A.* 38, f. 100*b*; *V.* 99, ep. 1422.)

Ut s. T. XI, XIII.

54302. — *Arlando de Villanis, monacho prioratus de Perreciaco, O. S. B., Æduen. di.*, gratia exp. benef. ecclesiast. c. c. vel s. c., etiamsi dignitas, administratio, prioratus aut officium existat, ad collat. abbatis et conventus monast. s. Benedicti Floriacen., O. S. B., Aurelianen. di., pertinentis et consueti per monachos ejusdem monast., cui prioratus de Perreciaco est immediate subjectus, gubernari. — In e. m. ep.o Aurelianen., et mag. Raynaldo de filiis Ursi, archid. de Campinia in eccl. Leodien., notario PP., ac abbati monast. s. Leonardi, Æduen. di. (*A.* 38, f. 122*a*; *V.* 99, ep. 1477.)

Ut s. T. XXIV.

54303. — *Ep.o Skarensi.* Petitio Swetiæ ac Norwegiæ regis continebat quod olim in provinciali concilio Lundensi extitit statutum ut quiscumque episcoporum infra terminos regni

Datum *Avenione*

Daciæ mala captione de mandato regis Daciæ seu assensu pro tempore caperetur, ipso facto in toto dicto regno quamdiu taliter detineretur captivus essent divina officia interdicta et quod pro eo quod terra Hollandiæ Aquilonaris, ad dictum regem Swetiæ et Norwegiæ nunc pertinens, tempore dicti concilii erat infra limites regni, eo prætextu quod Christoforus, rex Daciæ, Tuchonem, ep.um Burglanen., detinet carcere mancipatum, dictæ terræ clerus et populus timentes ne occasione prædicta eadem terra comprehenderetur sub statuto concilii memorati interdictum hujusmodi observant; quare dictus rex supplicavit ut, cum terra præfata ac clerus et populus dictæ terræ extra limites et dominium prædicta consistant, providere super his curaretur. Papa ep.o Skarensi mandat ut, si terra supradicta non subsit regi Daciæ memorato, declaret ad terram, clerum et populum prædictos statutum hujusmodi non extendi eosque non teneri ad observantiam interdicti. (*A.* 38, f. 116*b*; *V.* 99, ep. 1485; Raynaldi, *Annales ecclesiastici, ad annum* 1331, §. 40.)

21 jul. 1331. (XII kal. aug.) T. XXIV.

54304. — Cupientes ut eccclesia Lincopen., in beatorum apostolorum Petri et Pauli honore fundata, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pænitentibus et confessis qui ad prædictam eccl. in die cenæ Domini et dictorum apostolorum festivitate unum annum, eis vero qui per ipsarum festivitatum octavas eamdem eccl. devote visitaverint annuatim sexaginta dies de injunctis eis pœnis relaxat Papa. (*A.* 38, f. 116*b*; *V.* 99, ep. 1486.)

Ut s. T. XI, XIII.

54305. — *Thurgillo* provisio canon. eccl. Skaren. sub exp. præb., non obst. quod paroch. eccl. in Biureke, Lincopen. di., obtineret. — In e. m. ep.o Lincopen., et præp. ac decano eccl. Lincopen. (*A.* 38, f. 119*a*; *V.* 99, ep. 1490)

Ut s. T. XII, XIV.

54306 — *Laurentio Processi Capuciæ de Capocinis de Urbe* prov. canon. et præb. eccl. Noviomensis, vac. pe liberamr resignationem factam apud S. A. a Joanne s. Angeli diac. card.; non obst. in eccl. Lateranensi canon. et præbenda. — In e. m. archid. Lomberien., et archipr. Turonen., ac Thomæ de Labro, can. Reatin. eccl. (*A.* 38, f. 138*a*; *V.* 99, ep. 1498.)

Ut s. T. XXX.

54307.— *Swetiæ et Norwegiæ regi* facultas ut, quotiescumque in capellis suis vel quibuscumque ecclesiis regni sui in ejus præsentia fecerit missarum solemnia celebrari et in eis proponi per prædicationis ministerium verbum Dei, proponens verbum hujusmodi possit ipsi et omnibus præsentibus, dummodo confessi fuerint, si archiepiscopus vel episcopus fuerit, unum annum, si vero alia persona ecclesiastica fuerit sexaginta dies de injunctis pænitentiis relaxare indulgeatur. (*A.* 38, f. 130*b*; *V.* 99, ep. 1515; Raynaldi, *Annales ecclesiastici, ad annum* 1331, § 41.)

Ut s. T. XIV

54308 — *N. v. Joanni, domino de Triangulo, militi Senonen. di.*, indultum ut confessor omnium peccatorum suorum semel tantum in mortis articulo eam plenariam remissionem concedat. (*A.* 38, f. 312*a*; *V.* 99, ep. 1892.)

Ut s. T. X ½, XII ½

54309. — *Galtero quond Joannis de Planceyo militis* prov. canon. eccl. Catalaunensis sub exp. præb.; non obst. quod in eccl. s. Stephani Trecen. canon. et præb. obtineat.— — In e. m. Omnium sanctorum et s. Petri ad montes monasteriorum abbatibus Catalaunen., ac mag. Guillelmo de Campingio, can. Bajocensi. (*A.* 38, f. 311*a*; *V.* 99, ep. 1898.)

Ut s. T. V.

54310. — *Dicto Joanni domino de Triangulo* facultas duas capellas, unam in suo castro de Triangulo et aliam in domo sua de Visines, Senonen. di., suis propriis expensis fundandi et dotandi, dotibus prius ad diœcesani arbitrium assignatis, jure patronatus earumdem capellarum sibi et successoribus suis in perpetuum reservato. (*A.* 38, f. 314*a*; *V.* 99, ep. 1904.)

Ut s. T. XIV.

54311. — *N. v. Franciscbino, nato quondam Caroli Quirini de Venetiis, Castellanæ di.*, facultas recipiendi indulgentiam plenariam peccatorum suorum, semel, in articulo mortis. (*A.* 38, f. 759*a*; *V.* 100, ep. 354.)

Ut s. T. XXX.

54312. — *Abbati et conv. monasterii Campensis, Cisterciensis ord., Coloniensis di.*, facultas redimendi decimas usque ad summam 100 marcharum argenti, consistentes in di. Coloniensi, e manibus laicorum qui eas canonice tenent, attenta paupertate gravi monast. eorum. (*A.* 38, f. 733*a*; *V.* 100, ep. 781.)

22 jul. 1331. (XI kal. aug.) T. XI, XIII.

54313. — *Oddoni Reynerii* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Astoricensis cum præstimoniis; non obst. in Palentina, Legionensi ac s. Susannæ de Urbe canonicatu et præb., et in eisdem Palentina et Legionensi præstimoniis, ac thesauraria ejusdem eccl. Legionensis

Datum *Avenione*

de qua litigat. — In e. m. abbati monast. s. Facundi, Legionensis di., et archid. Stadien. Catalaunen., ac scolastico Nannetensis eccl. (*A.* 39, f. 233*a*; *V.* 97, ep. 723.)

22 jul. 1331. (xi kal. aug.) T. XI, XIII.

54314. — *Joanni Dominici, dicte Lunibus*, item in ecclesia Strigoniensi. — In e. m. ep.o Agriensi, et præb. Strigonien., ac Jacobo de Mutina, can. Cameracen. eccl. (*A.* 39, f. 234*b*; *V.* 97, ep. 725.)

Ut s. Gr. pro socio.

54315. — *Mag. Petro de Vigono, Taurinensis et S. M. de Fossano, Taurinensis di., eccl. canonico præbendario, scriptori papæ*, prov. canonicatus Æduensis eccl. et præbendæ vacantium causa permutationis factæ in manibus Bertrandi S. M. in Aquiro diac. cardinalis cum Aymone de Blonayo contra parochialem eccl. de Alingio, Gebennensis di. — In e. m. Geraldo de Pristinio, can. Caturcensi, Papæ notario, et abbati Trenorchiensis monast., Cabilonensis di., ac decano eccl. Engolismensis. (*A.* 38, f. 59*a*; *V.* 99, ep. 1325.)

Ut s. T. XI, XIII.

54316. — *Robertus de Wardingtone* fit rector parochialis eccl. de Merssh, Lincolnien. di., vac per permutationem habitam apud S. A. cum Henrico de Londonia de parochiali eccl. de Wythihamme Cicestrensis di. — In e. m. de Chanonmbe et Wroxton. ac de Burcestre prioribus, Lincolnien. di. (*A.* 38, f. 67*a*; *V.* 99, ep. 1353.)

Ut s. T. XII, XIV.

54317. — *Henricus de Londonia* fit rector dictæ eccl. de Wythihamme, vac. ratione præfatæ permutationis. — In e. m. ep.o Wigorniensi, et abbati monasterii de Begehame ac priori de Mechelhame, Cicestrensis di. (*A.* 38, f. 106*b*; *V.* 99, ep. 1454.)

Ut s. T. XVI.

54318. — *Joannes, ep.us Verdensis*, recipit facultatem post consecrationem apud S. A. receptam egrediendi e curia. (*A.* 38, f. 136*a*; *V.* 99, ep. 1479.)

Ut s. T. XII, XIV.

54319. — *Aymoni de Blonayo* prov. parochialis eccl. de Alingio, Gebennensis di., vac. per permutationem habitam apud S. A. cum Petro de Vigono, PP. scriptore, de canonicatu eccl. Æduensis; non obst. in eccl. Lausanensi canon. et præb., ac sacristia, quæ est simplex officium s. c., necnon personagio eccl. de Siveyria prope castrum de Monterotundo, Lausanensis di. — In e. m. priori s. Pauli, Gebennen. di., et Alamanno de s. Jorio ac Roberto de s. Germano, Gebennen. canonicis. (*A.* 38, f. 115*b*; *V.* 99, ep. 1481.)

Ut s. T. XXIV.

* 54320. — *Aycardo de Saya, layco, mag. domus Dei sive leprosariæ s. Symeonis prope Autisiodorum.* Oblatæ pro parte sua petitionis series continebat quod olim Talayrandus, S. R. E. presb. card., tunc ep.us Autisiodoren., sperans quod per suæ circumspectionis industriam domum leprosariæ s. Symeonis prope Autisiodorum consuetæ pro voluntate ep.i Autisiodoren. committi personæ ydoneæ et auferri, plurima provenirent incrementa, ipsam leprosoriam ipsi gubernandam commendavit injungens quod juramentum præstaret, et de ipsius leprosariæ bonis inventarium conficeret sibique vel decano Autisiodorensi annis singulis de administratione sua redderet rationem, prout in patentibus litteris ep.i sigillo munitis continetur et datis Parisius die XV mensis dec. MCCCXXX; quæ ab eodem Talayrando facta sunt confirmantur. (*A.* 38, f. 146*b*; *V.* 99, ep. 1542.)

Ut s. T. XXX.

54321. — *Adjutorio, electo Verulano*, facultas recipiendi consecrationem a quocumque maluerit antistite. (*A.* 39, f. 673*a*; *V.* 100, ep. 754.)

Ut s. T. XXIV.

54322. — *Elisabeth, reginæ Hungariæ*, facultas fundandi in aliqua civit., castro seu villa sui regni unum locum cum oratorio et cimiterio O. F. M., et eligendi istum in insula Danobii prope castrum Budæ ad priorem et conv. monast. de dicta insula pertin., O. S. A. (*A.* 39, f. 682*b*; *V.* 100, ep. 594; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. v, p. 503, n. 919.)

23 jul. 1331. (x kal. aug.) T. XI, XIII.

54323. — *Stephano de s. Stephano* reservatur operaria monasterii s. Ægidii, O. S. B., Nemausensis di., vacatura per assecutionem a Gaucelino de Panarda faciendam de prioratu B. M. Magdalenes, O. S. B., Nemausen. di.; dimittat sacristiam ejusdem monasterii. — In e. m. abbati monasterii s. Joannis de Pinna, Oscen. di., et archid. Æduensis, ac sacristæ Mimaten. eccl. (*A.* 38, f. 604*b*; *V.* 97, ep. 401.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

54324. — *Hugoni de Garda* reservatur sacristia monast. s. Ægidii, O. S. B., Nemausen. di., vacatura per assecutionem a Stephano de s. Stephano faciendam de prioratu B. M. Magdalenes, ord. et di. prædictorum. — In e. m. abbati monast s. Joannis de Pinna, Oscen. di., et archid. Æduen., ac sacristæ Mimaten. eccl. (*A.* 38, f. 608*a*; *V.* 97, ep. 405.)

Ut s. Attende, sine taxatione

* 54325. — *Priorissæ et conventui monast. S. M. Deauratæ Caturcensis, O. S. B.* Cum inter Bertrandum, ep.um Caturcensem, et illas orta fuerit materia quæstionis, ex eo quod priorissa, asserens ecclesiam de Tribusputeis, Caturcen. di., per Sicardum, episcopum Caturcensem, præfato monast. canonice fuisse unitam et universos fructus ipsius, salva congrua portione

Datum *Avenione*

pro capellania constituenda, necnon præsentationem capellani ad ipsam pertinere, possessionem hujusmodi ecclesiæ, cum vacavisset, auctoritate propria accepit, Bertrando e contrario dicente unionem præfatam non valere et ecclesiam ejusque collationem ad se spectare. Papa sequestrationem fructuum ecclesiæ ordinavit et causam Raymundo, tit. s. Eusebii presb. cardinali, commisit. Procuratores partium coram cardinale composuerunt in hunc modum, scilicet quod ecclesia de Tribusputeis sit irrevocabiliter monasterio prælibato, portio congrua ejusdem eccl. pro constituenda capellania perpetua assignetur, præsentatio capellani alternatim pertineret videlicet prima et tertia vice ad conventum dictum et secunda et quarta ad episcopum Caturcensem. Papa aufert sequestrationem et compositionem confirmat. — Sequuntur procurationes datæ a Bertrando, ep.o Caturcensi, apud locum de Isheps, Caturcen. di., die XVIII mensis maii, anno MCCCXXXI et a priorissa et conventu Caturci eodem anno, die XXI mensis dicti, ind. XIV, anno XV° Joannis XXII. Sequitur insuper instrumentum compositionis factæ Avinione, in hospitio habitationis Raymundi cardinalis, die jovis, sexta mensis junii, anno MCCCXXXI, ind. XIV, anno XV° Joannis XXII. (*A*. 38, f. 56*a*; *V*. 99, ep. 1324.)

23 jul. 1331. (x kal. aug.) T. XI, XIII.

54326. — *Bernardo Beraudi* prov. canonicatus eccl. Noviomensis; non obst. de Boulencourt, Ambianen. di., et s. Firmini Ambianensis capellaniis s. c. et exp. beneficii ad collat. ep.i Bajocensis. — In e. m. ep.o Ambianensi et præp. Mirapiscen., ac Petro de Foresta, can. Ambianen. eccl. (*A*. 38, f. 73*a*; *V*. 99, ep. 1363.)

Ut s. T. XX.

54327. — *Natali, ep.o Emonensi*, consecrato, facultas egrediendi e curia. (*A*. 38, f. 86*b*; *V*. 99, ep. 1382.)

Ut s. T. XI, XIII.

54328.— *Raymundo Benedicti Argentiæ de s. Germano, mon. eccl. Cassinen, O. S. B.*, benef. ecclesiasticum c. c. vel s. c. spectans ad collat. ep.i et capituli Cassinen. ac consuetum per mon. eccl. Cassinen. O. S. B. gubernari reservatur etiamsi sit dignitas, vel personatus seu officium.— In e. m. archiep.o Capuan., et abbati monast. s. Severini Neapolitan. ac archidiacono de Belvacinio in eccl. Belvacensi. (*A*. 38, f. 99*a*; *V*. 99, ep. 1416.)

Ut s. T. LX.

54329. — *Archiep.o Salernitano, et Cassinen. ac Theatinensi ep.is* mand. ut purgationem recipiant de infamatione homicidii et simoniæ adversus Monaldum, archiep.um Beneventanum, vivente Bonifacio papa VIII et coram diversis judicibus provecta. Si non se purgaverit dictus Monaldus, requiratur Papæ. (*A*. 38, f. 102*a*; *V*. 99, ep. 1424.)

Ut s. T. XII, XIV.

54330. — *Symoni Clarembaldi* prov. canon. et præb. eccl. s. Anneti Duacen., Atrebaten. di., vacantium per obitum Laurentii de Thedelgariis de Urbe; non obst. quod in Bituricen. perpetuam vicariam et in s. Gervasii Guisien. ecclesiis canon. et præb., et in castro Castritheodorici capellaniam perpetuam s. Theobaldi, Laudunen. et Suessionen. di., obtineat. — In e. m. archidiacono Aureliacen. Claromonten., et Petro Marescalli, Noviomen., ac Petro Genesta, Nivernen. can. ecclesiarum. (*A*. 38, f. 123*b*; *V*. 99, ep. 1484, *A*.)

Ut s. T. D.

•54331. — Confirmatio erectionis parochialis eccl. s. Stephani Narbonensis in collegiatam facta ab archiepiscopo Bernardo et capitulo Narbonen. Narbonæ in generali capitulo anno Domini MCCCXXX ind. XIII, die martis intitulata VII idus augusti, Joannis XXII anno XIV; inseritur instrumentum erectionis. (*A*. 38, f. 150*a*; *V*. 99, ep. 1552.)

Ut s. T. XII, XIV.

54332. — *Fredolus de Ruppe* fit prior prioratus de Montepersato, O. S. B., Nemausensis di., vac. per obitum Raymundi Augerii; dimittat autem prioratum de Melzevio, O. S. B., Mimaten. di. — In e. m. Alberto Lordeti, archid. de Flavineio Æduen., et Guillelmo de Roquerelles, ac Marquesio de Mostujolis, Lodoven. eccl. can. (*A*. 38, f. 183*a*; *V*. 99, ep. 1596.)

Ut s. T. XI, XIV.

54333. — Reservatur dictus prioratus de Melzevio favore *Petri de Serveria*, qui dimittere tenebitur prioratum de Creyssaco, Vabrensis di. — In e. m. abbati monast. s. Joannis de Pinna, Oscen. di., et archid. Æduen., ac sacristæ Mimaten. eccl. (*A*. 38, f. 181*a*; *V*. 99, ep. 1612.)

Ut s. T. XI, XIII.

54334. — *Gaucelino de Panarda* reservatur operaria monast. s. Ægidii, O. S. B., Nemausen. di., vacatura per adeptionem faciendam auct. apost. a Joanne de Monteferrando de dicto prioratu de Creyssaco; dimittat vero prioratum B. M. Magdalenes, O. S. B., Nemausen. di. — In e. m. ut s. (*A*. 38, f. 186*a*; *V*. 99, ep. 1615.)

Ut s. T. XI, XIII.

54335. — *Joanni de Monteferrando* reservatur dictus prioratus de Creyssaco, cum obligatione dimittendi operariam præfatam. — In e. m. ut s. (*A*. 38, f. 157*b*; V. 99, ep. 1616.)

Datum *Avenione*	
23 jul. 1331. (x kal. aug.) T. XXIV.	54336. — Cum Bernardus, archiepiscopus Narbonensis, parochialem eccl. s. Stephani Narbonen. in eccl. collegiatam duxerit erigendam, ac eadem eccl. nova structura indigeat ad cujus prosecutionem fidelium suffragia erunt quamplurimum oportuna, reverentia b. Stephani protomartyris, cujus vocabulo dicta eccl. insignitur, indulgetur pias eleemosynas erogantibus et omnibus vere pœnitentibus et confessis qui operi ipsius eccl. manus porrexerint adjutricescentum dierum indulgentia. (*A.* 38, f. 126*b*; *V.* 99, ep. 1532.)
Ut s. T. XXIV.	54337. — Conceditur indulgentia 100 dierum visitantibus dictam ecclesiam in duobus festis s. Stephani et 40 per octavas. (*A.* 58, f. 126 *b*; *V.* 99, ep. 1533.)
Ut s. T. XXII.	54338. — *S. Martini ad Jumellos Ambianen. et Corbien., Ambianen. di., monast. abbatibus, ac Belvacen. eccl. decano* mand. ut mag. Petro de Foresta, can. præbendario s. Martini Turonen. et Ambianen. canonico sub exp. præb., ac rectori parochialis eccl. de Marauco, Xanctonen. di., licentiato in legibus, confirmat provisionem ipsi factam a Joanne, ep.o Ambianen., cujus erat clericus et familiaris, de perp. benef. ecclesiastico, personatu de Nibac nuncupato, Ambianen. di. (40 l. parisien. secundum taxationem decimæ) vac. per obitum Joannis Cerchemont, Parisien. can., ante reservationem factam a Papa VI id. nov. anno XIII. Joannes de Alneto, alias de Bion, cler. Bajocen. di., disputat Petro dictum beneficium sub prætextu gratiæ exp. apostolicæ. (*A.* 38, f. 370*b*; *V.* 100, ep. 2.)
Ut s. Gr. pro Deo.	54339. — *Simeoni de Thoro, can. Beneventano,* conc. absolutio a purgatione infamiæ in causa habita de excessibus prætensis Monaldi, archiep.i Beneventani. (*A.* 38, f. 734*a*; *V.* 100, ep. 784.)
24 jul. 1331. (ix kal. aug.) T. XI, XIII.	54340. — *Mag. Raymundo de Pujolis, utriusque juris baccalario,* pro quo Beraldus, ep.us Albien. supplicavit, gratia exp. benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. etiamsi archipresbyteratus existat, ad collat. ep.i Albien.; non obst. quod in dicta Albien. et Tornacen. canonicatus et præbendas, et in de Lumberiis ecclesiis quamdam perpetuam portionem et duas partes decimarum ecclesiæ de Amsorrio ad mensam episcopalem Albien. spectantes ac capellam s. Katerinæ de Verdeger s. c., Albien. et Tornacen. di., obtineat. — In e. m. archidiacono Gamagen. Vasaten., et Iterio de Brolio ac Sentullio de Glacenx, can. Albien. ecclesiarum. (*A.* 38, f. 120*b*; *V.* 99, ep. 1491.)
Ut s. T. XX.	54341. — *Abbati monast. Petræfittæ, et priori S. M. de Laurentio de Mevania, Perusin. et Spoletan. di., ac Andreæ Bernardi, can. Clusino.* Cum Petrus Pautucii, can. monast. s. Mustiolæ, O. S. A., Clusinen. di., ex eo jam dudum non potuerit nec speret posse de cetero in eodem monast. (quod a maximo tempore citra fuit et est inhabitatum et in quo non vigent vita et observantia regulares) cum præposito ipsius monast. pacifice vivere ex eo quo dinter eumdem præp. et patrem ac fratres ejus, ex una parte, et Petrum et fratres ejus, ex altera, zelo defensionis ejusdem monast. præter ejusdem Petri culpam magna odia fuerunt exorta, et propterea cupiat in eccl. Dominici sepulcri Jerosolimitani, ejusdem. ord., debitum Deo reddere famulatum, mandatur ut eumdem Petrum e monasterio s. Mustiolæ ad eccl. Dominici sepulcri transferrant. (*A.* 38, f. 130*a*; *V.* 99, ep. 1514.)
Ut s. T. XI, XIII.	54342. — *Petro Boniamici, can. monast. S. M. de Cassiano, O. S. A., Biterren. di.,* gratia exp. prioratus, vel administrationis seu off. c. c. vel s. c. (100 l. t. p. s. t. d.) ad collat. prioris et conventus ejusdem monast. — In e. m. ut infra. (*A.* 38, f. 184*a*; *V.* 99, ep. 1618.)
Ut s. T. XI, XIII.	54343. — *Petro Boniamici, nato Petri Boniamici,* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Biterrensis. — In e. m. priori B. M. de Tabulis de Montepessullano, Magalonen. di., et præp. Magalonen., ac scolast. Constantien. eccl. (*A.* 38, f. 184*b*; *V.* 99, ep. 1619.)
Ut s. T. XI, XIII.	54344. — *Joanni Berra, de Costa s. Andreæ, baccalario in jure canonico,* gratia exp. benef. ecclesiastici, etiamsi sit prioratus, personatus, administr. vel officium. (100 l. t. p. secundum decimæ taxationem) ad collat. abbatis et conv. s. Ruphi Valentinen., O. S. A., cujus est canonicus. — In e. m. priori de Roczosello, Viennen. di., et decano Viennen., ac præposito de Beligneo Æduen. eccl. (*A.* 39, f. 513*a*; *V.* 100, ep. 168.)
25 jul. 1331. (viii kal. aug.) T. XI, XIII.	54345. — *Magistro Boneto de s. Stephano, clerico s. Pontii Thomeriarum di., baccalario in legibus,* consid. Jacobi regis Majoricarum, fit gratia exp. beneficii ecclesiastici (100 l. t. c. c. vel 40 s. c.), in civitate vel di. s. Pontii Thomeriarum, ad collationem ep.i et capituli. — In e. m. abbati monast. Athanacensis Lugdunensis, et Berengario Berengarii ac Petro Raymundi de Montebruno, Narbonensi et Agathensi canonicis. (*A.* 38, f. 58*a*; *V.* 99, ep. 1327.)

Datum *Avenione*

25 *jul.* 1331. (VIII kal. aug.) T. XI, XIII.

54346. — *Nicolao de Bosco, cler. Rothomagen. di., mag. in artibus*, consid. Philippi R. F., gratia exp. beneficii ecclesiastici c. c. (70) vel s. c. (40 l. t. p. s. t. d.) clerico sæculari. consueti assignari et ad collationem abbatis et conv. monasterii s. Petri de Gemeticis, O. S. B., Rothomagen. di. — In e. m. abbati monast. s. Trinitatis in monte s. Katherinæ prope Rothomagum, et archid. Vulgacini Normannici Rothomagen., ac scolastico Abrincen. eccl. (*A.* 38, f. 94*a*; *V.* 99, ep. 1412.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

54347. — *Berengario de Roveria* item de beneficio (60) c. c. (40 l. t. p. s. t. d.) ad collationem ep.i, decani et capituli Cenomanen.; dimittat vero parochiales de Verda et de Muro veteri c. c., Carnoten. et Magalonen. di., ecclesias. — In e. m. Forojuliensi et Venciensi episcopis, ac archid. Salamantin. (*A.* 38, f. 98*a*; *V.* 99, ep. 1413.)

Ut s. T. X, XII.

54348. — *Mag. Joanni de Grandiprato* prov. canon. basilicæ principis apostolorum de Urbe sub exp. præb.; non obst. quod in Atrebaten. sub exp. præb. in canonicum sit receptus et in s. Gaugerici Cameracen. ecclesiis canon. et præb. ac paroch. ecclesiam de Orvillari, Trecen. di., obtineat. — In e. m. s. Pauli extra muros Urbis et s. Amandi, Sarlaten. di., monasteriorum abbatibus, ac scolastico eccl. Tullensis. (*A.* 38, f. 90*b*; *V.* 99, ep. 1420.)

Ut s. T. XI, XIII

54349. — *Symoni de Nasis* item in eccl. s. Joannis de Pontirolo Mediolanen. di. — In e. m. s. Joannis de Modoetia et s. Georgii de Cornate archipresbyteris, Mediolanen. di., ac Cathelolo de Medicis, can. Mediolanen. ecclesiarum. (*A.* 38, f. 236 *b*; *V.* 99, ep. 1721.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

54350. — *Eidem* item in ecclesia s. Stephani de Aplano, Mediolanen. di., excepta præbenda feudo minore nuncupata ibidem. — In e. m. ut s. (*A.* 38, f. 237*a*; *V.* 99, ep. 1722.).

Ut s. T. X ½, XII ½

54351. — *Thomæ de Boscohardi, cler. Briocen. di.*, gratia exp. benef. ecclesiast. c. c. (60) vel s. c. (40 l. t. p. s. t. d.) ad collat. abbatis et conventus monast. de Beccoheluini O. S. B., Rothomagen. di., pertinentis et soliti per sæculares clericos gubernari. — In e. m. decano Engolismen., et Sicardo de Virsaco, Rothomagen., ac Oliverio de Cerzeto, Pictaven. can. ecclesiarum. (*A.* 38, f. 256*b*; *V.* 99, ep. 1770.)

Ut s. T. XVI.

54352. — *Joanni Gilardi, can. Cameracensi*, ampliatio gratiæ exp. ad dign., personatum vel officium c. c. in eadem ecclesia; dimittat præposituram eccl. s. Martini Leodiensis. (*A.* 38, f. 271*b*; *V.* 99, ep. 1823.)

Ut s. T. X ½, XII ½

54353. — *Gerardo de Luberdino* prov. canonicatus eccl. s. Deodati ad R. E. nullo medio pertinentis, Tullen. di., sub exp. præbendæ; non obst. quod in s. Gengulphi Tullen. canonicatum et præbendam, ac in s. Eucharii de Luberdino, dictæ di., ecclesiis canonicatum sub exp. præb. obtineat. — In e. m. magistro Leonardo de Guarcino, thesaurario Lingonen., notario PP., et archidiacono de Vitello, ac Alberto dicto Hallesson, can. Tullen. ecclesiarum. (*A.* 38, f. 285*a*; *V.* 99, ep. 1849.)

Ut s. T. X ½, XII ½

54354. — *Hugoni dicto Sluinpo de Sareponte* item in eccl. Maguntinensi. — In e. m. abbati monasterii Novillaren., Argentin. di., et scolastico eccl. S. M. ad Gradus Maguntin., ac Joanni de Firmitate, can. Bisuntino. (*A.* 38, f. 285*b*; *V.* 99, ep. 1850.)

Ut s. T. X ½, XII ½

54355. — *Joanni dicto Morcel* item in eccl. s. Arnualis, Meten. di.; non obst. quod parochialem eccl. s. Walfredi, dictæ di., obtineat. — In e. m. archidiacono Meten., et Joanni de Firmitate, Bisuntin., ac Renero de Dunocastro, Virdunen. can. ecclesiarum. (*A.* 38, f. 285*b*; *V.* 99, ep. 1851.)

Ut s. T. XI, XIII.

54356. — *Wattero Joannis de Brasceytes, diacono Virdunen. di.*, gratia exp. benef. ecclesiast. consueti clericis sæcularibus assignari, ad collat. abbatissæ et conventus monast. s. Mauri Virdunen., O. S. B., pertinentis, c. c. (60) vel s. c. (40 l. t. p. s. t. d.); non obst. quod super provisione ipsi facienda de benef. ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collationem abbatis et conventus monast. s. Ageris Virdunen., dicti ordinis, pertinente litteras impetraverit, quæ cassantur. — In e. m. Joanni de Firmitate, Bisuntin., et Joanni de Dei custodia ac Joanni de s. Michaele, Virdunen. can. ecclesiarum. (*A.* 38, f. 286*a*; *V.* 99, ep. 1853.)

Ut s. T. XI, XIII.

54357. — *N. v. Joanni, comiti de Sarrebruche*, indulgetur ut duo clerici sui quos duxerit nominandos suis obsequiis aut litterarum studio in loco, ubi illud generale vigeat, insistentes seu in altero beneficiorum suorum ecclesiasticorum residentes, redditus eorumdem beneficiorum necnon præbendarum suarum, dummodo majorem post episcopalem in cathedrali vel principatem in collegiata ecclesiis non obtineant dignitatem, cum integritate usque ad triennium libere percipere valeant. — In e. m. s. Nicolai in Prato Virdunen.

Datum *Avenione*

et s. Vitoni monasteriorum abbatibus, ac decano eccl. B. M. Magdalenæ Virdunen. (*A.* 38, f. 288*a*; *V.* 99 ep. 1858.)

25 jul. 1331. (VIII kal. aug.) T. X ½, XII ½

54358. — *Ludovico quond. Joannis domini de Laetemberch* prov. canon. eccl. Argentinen. sub exp. præb. — In e. m. abbati monast. Novillarensis, Argentinen di., et præposito s. Petri Argentinen., ac Joanni de Firmitate, can. Bisuntin. ecclesiarum. (*A.* 38, f. 292*a*; *V.* 99, ep. 1864.)

Ut s. T. XX.

54359. — *Joanni patriarchæ Alexandrino* facultas dispensandi cum Raymundo de Saluciis, domino de Petraalta, et n. m. Ysabelli, vidua quondam Malganlini, comitis Empuriarum, Ilerden. et Gerunden. di., de 3° gradu consanguin. in matrim. contrahendo· (*A.* 39, f. 676*b*; *V.* 100, ep. 579.)

Ut s. T. XX.

54360. — *Ulrico, ep.o Curiensi,* facultas recedendi e curia. (*A.* 39, f. 679*a*; *V.* 100, ep. 584.)

26 jul. 1331. (VII kal. aug.) Ut s. T. XII.

54361. — *Ep.o Æduen.* mand. ut dispenset cum Guillelmo dicto li Aulois de Flavigneyo clerico in minoribus ordinibus constituto et Maria, nata Theobaudi de Sarreta, suæ di., in matrimonio ignoranter contracto, de 4° consanguin. gradu. (*A.* 37, f. 290*b*; *V.* 98, ep. 394.)

Ut s. T. XXII

54362. — *Abbati monasterii s. Ambrosii Mediolanensis, et Busolo de Parma, Tornacen., cap. PP., ac Beltramino de Carcano, Mediolanen. eccl. canonicis,* mand. ut conferant canon. et præb. eccl. ss. Gervasii et Protasii de Gorgonzola, Mediolanensis di., vacantia per obitum apud Carpentoratem Conradi de Canibus de Verano, Amedæo quondam Marchisii de Vergo familiari Joannis, Portuensis ep.i, canonico sub exp. præb. eccl. s. Teglæ de Esti, Paduanæ di., ex provisione Bertrandi, legati S. A. (*A.* 38, f. 76*b*; *V.* 99, ep. 1377.)

Ut s. T. XI, XIII.

54363. — *Philippo Daunac de Conva,* consideratione Philippi R. F., prov. canon. eccl. Aurelianen. sub exp. præb. — In e. m. abbati monast. s. Evurtii et decano s. Aniani Aurelianen., ac Joanni de Sinemuro, can. Æduen. ecclesiarum. (*A.* 38, f. 81*a*; *V.* 99, ep. 1400.)

Ut s. T. XI, XIII.

54364. — *Hugoni Cabiscoli* prov. parochialis eccl. de Dorno, Albien. di., vac. per obitum Guidonis de Tralheto, cap. et familiaris Bertrandi S. M. in Aquiro diac. card., consid. ejusdem card.; dimittat perp. vicariam eccl. de Viana, Castrensis di., c. c. — In e. m. præposito, et Petro de Castaneto ac Joanni de Villis, can. eccl. Albiensis. (*A.* 38, f. 97*b*; *V.* 99, ep. 1419.)

Ut s. T. XXII.

54365. — *Manueli de Flisco, archidiacono de Nontingham Eboracen., not. Papæ, et præp. de s. Miniate, Lucan. di., ac Thadæo de Costula, capellano PP., can. Parmen. ecclesiarum,* mandatur ut plebanatum plebis non collegiatæ s. Felicitatis prope Petramsanctam, Lucan. di., Andreæ de Clavario, de Luca, rectori paroch. eccl. s. Quirici Castriveteris Senensis, conferre curent; non obst. perpetua vicaria altaris s. Ludovici siti in eccl. de Columbariis, Melden. di., modici valoris; dictam paroch. eccl. dimittat. (*A.* 38, f. 173*b*; *V.* 99, ep. 1591.)

Ut s. T. XI, XIII.

54366. — *Jacobo de Thalamis, cler. Metensi,* gratia exp. benef. ecclesiast. c. c. (60) vel s. c. (40 l. t. p. s. t. d.) ad collationem abbatis monast. Gorzien., O. S. B., Meten. di., et consueti clericis sæcularibus assignari.—In e. m. abbati monast. s. Arnulphi, et decano s. Theobaldi extra muros Meten., ac Oliverio de Cerzeto, can. Pictaven. ecclesiarum, capellano PP. (*A.* 38, f. 176*a*; *V.* 99, ep. 1604.)

Ut s. T. XXX.

54367. — *S. Symphoriani et s. Arnulphi extra muros Meten. monast. abbatibus, ac mag. Oliverio de Cerzeto, capellano PP., can. eccl. Pictavensi,* mand. ut cantoriam eccl. s. Theobaldi extra muros Meten. (10 l. t. p.), quam quondam Joannes dictus Le Chanone obtinebat, Thomæ de Petanges, presb. Treveren. di., assignare curent; non obst. quod quoddam stipendium seu præbendulam eleemosynariæ præfatæ eccl. Meten. idem Thomas noscatur obtinere. (*A.* 38, f. 176*b*; *V.* 99, ep. 1605.)

Ut s. T. XI, XIII.

54368. — *Petro nato Willermi dicti Baremon* provisio canon. eccl. s. Leodegarii de Marsallo, Meten. di., sub exp. præb. — In e. m. abbati monast. s. Arnulphi, et decano eccl. s. Theobaldi extra muros Meten., ac Oliverio de Cerzeto prædicto. (*A.* 38, f. 186*a*; *V.* 99, ep. 1621.)

Ut s. T. XVI.

54369. — *S. Ambrosii Mediolanen., et s. Simpliciani ac s. Dionysii extra muros Mediolanen. monasteriorum abbatibus.* Ad audientiam Papæ pervenit quod olim vacante hospitali s. Simpliciani Mediolanen, O. S. A., per obitum quondam Augusti Ferrarii magistri

Datum *Avenione*

hospitalis ejusdem, a fratribus hospitalis ipsius de Ambrosio Lanzano laico, illegitime ex religiosis, professo videlicet et professa, genito electio extitit celebrata, idcirco mandatur ut, habita prius diligenti informatione, Bonolum Tinacii, fratrem hospitalis S. M. Mediolanen. ord. Cruciferorum, in dicti hospitalis magistrum præficere curent, non obst. quod idem Bonolus ord. Cruciferorum professor existat et alterius coloris et formæ habitus in dicto hospitali S. M. gerat. (*A.* 38, f. 252*b*; *V.* 99, ep. 1764.)

26 jul. 1331. (VII kal. aug.) T. XX.

54370 — *S. Laurentii majoris, et s. Stephani in Brolio Mediolanensis ac S. M. de Galarate, Mediolanen. di., præpositis* mand. ut concedant privilegium nequeundi amoveri a prioratu domus S. M. Mediolanensis, ord. Cruciferorum, Girardo de Novozano. (*A.* 38, f. 732*b*; *V.* 100, ep. 779.)

27 jul. 1331. (VI kal. aug.) Ut s. T. XXII.

54371. — *Ep.o Lincolniensi* facultas concedendi Willelmo Roberti de Weschaddon, clerico suæ di., non conjugato nec in sacris ord. constituto, tabellionatum. (*V.* 98, ep. 1034.)

54372. — *Decano Engolismensi, et Hugoni de Aiito, Mirapiscen., ac Guillelmo de s. Michaele, Appamiarum canonicis eccl.*, mandatur ut Sicardo de Altarippa, can. eccl. Tolosanæ, O. S. A., consid. Gaucelini ep.i Albanensis, confirment provisionem officii eleemosynariæ prædictæ eccl., cum in litteris provisionis mentio non facta fuisset de gratia exp. benef. ecclesiast seu administrationis, aut off. s. c. ad collat. præpositi et capituli prædictæ ecclesiæ, quæ irritatur. (*A.* 38, f. 375*a*; *V.* 100, ep. 9.)

28 jul. 1331. (V kal. aug.) T. XII, XIV.

54373. — *Petro de Landa* prov. canon. et præb. eccl. Suessionen., vac. per obitum Petri ep.i Portuensis, motu proprio. — In e. m. Bernardo Stephani, archidiacono Figiacen. in eccl. Caturcen., not. Papæ, et s. Medardi Suessionen., ac s. Joannis in vineis juxta Suessionem monast. abbatibus. (*A.* 38, f. 78*b*; *V.* 99, ep. 1375.)

Ut s. T. XVI.

54374. — *Aymerico, archiep.o Ravennati, rectori Romandiolæ.* Pro parte Pulcroni quond. Philippini de Brusabarris et n. m. Joannæ Sassucii Bistuldi, civium Cesenaten., petitio continebat quod ipsi pro solidando statu pacifico et fideli ejusdem civitatis Cesenatensis desiderant invicem matrimonialiter copulari; idcirco dispensantur de 4° consanguinitatis gradu. (*A.* 38, f. 85 *b*; *V.* 99, ep. 1386.)

Ut s. T. XXIV.

54375. — *Aymerico Rolandi de Aureliaco, domicello s. Flori di.*, facultas ut confessor omnium peccatorum suorum semel tantum in mortis articulo plenam remissionem concedere valeat. (*A.* 38, f. 85*b*; *V.* 99, ep. 1393.)

Ut s. T. XI, XIV.

54376. — *Francisco Lotti de Quinto, civis Florentin.*, provisio canon. eccl. Lucan. sub exp. præbendæ; non obst. quod benef. ecclesiasticum c. c. vel s. c., spectans ad collat. ep.i et capituli Florentin., expectet. — I. e. m. s. Laurentii et s. Apollinaris Florentin. prioribus ac thesaurario eccl. Morinensis. (*A.* 38, f. 80*b*; *V.* 99, ep. 1399.)

Ut s. T. X, XII.

54377. — *Guillelmo Pinchon, archid. Abrincen.*, reservantur canon. et præb. eccl. Aurelianen., quæ Guillelmus electus Noviomen. obtinebat. — In e. m. cantori Bajocen., et scolastico Tullen., ac Bartholomæo Renaldi, can. Rothomagen. ecclesiarum. (*A.* 38, f. 174*a*; *V.* 99, ep. 1601.)

29 jul. 1331. (IV kal. aug.) T. XVI.

54378. — *Ep.o Parisien.* Significavit n. v. Hugo de Bovilla, miles Senonen. di., quod ipse olim n. m. Margarita de Barris, uxore sua, tunc gravi egritudine laborante, votum emisit quod, si dicta Margarita de dicta egritudine curaretur, ambo ipsi limina b. Jacobi apostoli visitarent, ipsaque Margarita consensit, quodque dicta Margarita tam ex multis fere viginti gravata puerperiis quam pro eo quod jam ipsa in annis processit et etiam nimis debilis complexionis existit, prædictum votum non potest adimplere, quare supplicatum fuit prædictum votum in alia pietatis opera commutari; dicto Parisiensi episcopo mandatur ut dispensationem concedat. (*A.* 38, f. 231*a*; *V.* 99, ep. 1714.)

Ut s. T. XX.

54379. — *De Lornano et de Cosona ac s. Leonini, Senen., Aretinen. et Fesulanæ di.*, mand. ut procedant super provisione facta Grabjoctio, nato Fredi de Tholomeis, militis Senensis, de plebanatu plebis s. Nicolai de Montepescali, Grossetanæ di. (*A.* 39, f. 727*a*; *V.* 100, ep. 688.)

31 jul. 1331. (II kal. aug.) T. VIIxxiv.

54380. — *Petrus*, archid. Ulixbonensis et sacerdos, fit episcopus eccl. Silvensis vacantis per obitum Alfonsi et cessionem Laurentii, decani ejusdem eccl., qui a capitulo, non obst. contemptu Alfonsi Roderici, fuit electus. — In e. m. capitulo, clero, populo et universis vassallis eccl., civit. et di. Silven.; archiep.o Ispalensi; Alfonso regi Portugalliæ. (*A.* 38, f. 439*b*; *V.* 97, ep. 39.)

Datum *Avenione*

31 jul. 1331. (II kal. aug.) T. VIxxiv.	54381. — *Ericus*, præpositus eccl. Hamburgensis, Bremen. di., diaconus, fit ep.us eccl. Hildesemensis, vac. per cessionem factam apud S. A. ab Ottone. — In e. m. capitulo, clero, populo et universis vassallis eccl., civit. et di. Hildesemensis; Henrico archiep.o Maguntino. (*A.* 38, f. 446*a*; *V.* 97, ep. 46.)
Ut s. T. VIxxiv.	54382. — *Joannes de Vicecomitibus*, can. Mediolanensis et diaconus, fit episcopus Novariensis eccl., vac. per obitum Huguicionis. — In e. m. capitulo, clero, populo et universis vassallis eccl., di. et civitatis; archiep.o Mediolanensi. (*A.* 38, f. 226*b*.)
Ut s. T. XII, XIV.	54383. — *Mag. Guigoni de sancto Germano, præp. eccl. Anicien., PP. capellano causarumque apost. palatii auditori*, indulgetur ut proventus præposituræ in eccl. Anicien. et quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum suorum libere percipere valeat in absentia. — I. e. m. abbati monast. s. Maxentii, Pictaven. di., et priori s. Petri de Monasterio Anicien., ac Martino de Chalanconio can. Vivariensi. (*A.* 38, f. 71*b*; *V.* 99, ep. 1352.)
